

non Laberet unde redderer, jussit eum dominus eius venundari, et filios, et omnia quae habebat, et reddi.

Porro legibus priscis crediteores vindicasse sibi debitores quasi principia, adeoque olim in usu et lega fuisse, ut debitores tanquam servi et captivi ac vincoti traderentur creditoribus, liquef ex veterum monumentis. Certa apud Hebreos rei hujus non obseura sunt testimonia, *Isaiae LVII, vers. 6; & Dissolve colligations implatatis, & solve videlicet obligationes et vincula illa que impii et improvi crediteores culpatores iuxticiant ex pignoribus et temporis contracta.*

De Graecis itidem testatur Plutarchus *Comment de vita aure aliena*, ubi eleganti similitudine de creditoribus et exactoribus loquitur: « Sieut Darius Athenas misit Datin et Araphernem, catenas et vincula manibus gestantes ad vincendam captivas, ita hi syngrapharum et tabularum tanquam compedium plena vasa Graecie importantes, circum urbem ambulant. »

De Romanis docet Livius, lib. II et VIII: « Qui, ante nocti fuerant creditoribus tradebantur, et necabantur alii; apud Romanos enim nexus aut nexus erat obligationis genus, « cum corpus debitorum ut pignus capi poterat obligationis jure atque conditione, » ut explicat Budensis: nam debitor oppigneratus tradebatur creditori nexus. De quo ne de immanitate feneratorum videndum Livius loco citato; Varro, lib. VI *De Lingua Lat.*; Cicerio, in *Topie* de abalienatione, mancipio et nexu disserens: Budensis in *Pandect.* in tit. *De iudicio addit.*; Quintilianus, lib. VII, cap. iv et cap. viii; Gellius, lib. XX, cap. 1; Macrobius, lib. I, cap. xv; Cætius, lib. XII, cap. xx et xxx. Sed Solon, ut Diidorus, Plutarchus et Laertius scribunt, iliam legem Atheneos abrogavit. *Solutio*, ait Diidorus (de *Egyptiorum legibus loquens*), ex bonis debitorum solum fiebat, corpus non poterat adduci creditori. »

Addit. Christus, *Math. XV, 1*, creditori jus fuisse in corporis debitorum, ut illud torqueret: « Itratus, ait, dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque rediderit universum debitum. » Quod quodvis videtur oleum immanissimum illam creditorum inhumanitatem, qua ad creditorum libidinem post vineam et catenas debitorum membra dilaniabuntur, quam refert Aulus Gellius, lib. XX, cap. 1, ex leg. 12 *Tabularum*, cuius iste est verborum tenor: « *Aëris confessi*, rebusque jure iure judicatis tridinta dies justi sunt, post deinde manus iugis esto, in ius ducito, secum ducito, vincito, aut nervo aut compedibus quindecim pondio, aut, si volet, majore vincito. » Deinde vero docet, si plurimi esse creditora, eos habuisse jure sociale corpus debitorum. *Tertius*, inquit, nondinus partis secano, si plus minusve securorunt, sine fraude esto. *Addit* deinde ait Suno Gellius: « Nihil proleto immunius, nihil immunitus, nisi (ut relpa apparet) eo consilio tanta immanitas poneat. »

nontata est, ne ad eam unquam perveniretur. Et Plutarchus, *Commentario* jam citato: « Nos dum contentos esse nostris rebus pudet, dandis pignoribus contractibusque subeundis in servitatem nosmet damus. » De carnifex autem et latencia illa paulo inferior: « Hi miseris debitoribus de foro locum flagitosorum penitus destinatum redegerunt, vulturum instar eos edentes et latiantes, et

Altius inserto tendentes viscera regno.

Ita noster Pineda in *Job. XXXI, 6*.

Quocirca Perse, teste Herodoto, dictabat duo esse peccata inter homines turpia, quorum primum est debitorum esse (hoc enim fere vel ex ignavia, vel ex gula et luxu, & scitur), alterum meniri, quod ex priori consequitur. Anonymous apud Suidam miserrimos sit esse homines, qui modo rubros, modo pallidos habent dentes, quo diusto nobilis eos qui mutuo accepterunt ab aliis: hi enim, dum mutantur repurificari, erubescunt; dum vero creditore videantur, pallescent ne cogantur ad solvendum.

Præclarus S. Basilius, apud Antonum in *Melissa*, part. II, cap. XXVIII: « Qui se temporibus, ait, subjectum reddit, quorum possessionem non tenet, voluntarium perpetuamque servit servitum. Rerum miserabilium spectavi, liberos homines, quorum patrimonia essent obliterata, qui traherentur ut venirent; non noctes debitorum quietem adserunt, non dies est jucunda, non sol delectans, sed per omnem vitam in tristis versatur: dies odit, qui ad prescriptum tempus proferant; menses formidat, quasi usuraram gentes; si dormierit, in somnis videt feneratorem capitlum imminentem, infastum somnum; sin vigilari, cogitatio et sollicitudo de usuris est. Si hec vera sint in debito et debitorum pecunia, multo variora sunt in debito animis, puta in peccato et peccatore, qui semper pavidius timet mortem, iudicium, demones, gehennam, que cum expectat, ut solvat novissimam quadrantem, *Math.* cap. v, 26.

8. QI SEMINAT INQUITATEM, METET MALA, ET VIRGA IRE SUE CONSUMABITUR. — Pro iniquitate hebreica est מִלְאָךְ עַדְעָה, que vox est generalis significans omne pravum, quod contra leges vel sequitamentem et honestatem committitur. Proprietamen notat injustitiam et injuriam que alteri infertur. De injuria enim hic agi patet ex eo quod subdit: « Et virga ire sue consumetur; » quem enim injurias percudit, hunc percussus repercutit.

Pro metet mala hebreica est metet נֶגֶן, id est iniquitatem, vel dolorem: avea enim significat malum tum culpe, tum peccata culpam consequentis. Unde Vatablus vertit, calamitatem; Septuaginta, qui seminat mala, metet mala; Theodotion, qui seminat injustitiam, metet iniquitatem; Aquila, damnum; Symmachus, qui seminat iniquitatem, metet iniquitatem.

Nonnulli hanc gnomen attexunt praecedenti, et juxta versionem Septuaginta attixi potest, at non juxta Vulgatam: juxta eam enim haec duas sententias plane videntur disparatas. Juxta eam ergo sensus est, q. d. Qui seminat culpam, metet peccatum, imo non raro novam culpam cum nova peccata. Vis et energia est in τὸ σεμινάτιον. Primo enim, siue semini habet vim producendi granum sibi simile, sic culpa vim habet producendi tam peccatum, quam culpm sibi similem. Ita injuria parit injuriam, rixas erit rixam, cades provocat cedes, convictum elicit convicuum, ut qui ini quis et injurias est alteri, viceib; ab simili injuriam, puta verber vel verbis asperum, vel ut prolem a se elicet recipiat. Secundo, sicut unum granum satum, si pariter una culpa multiplicem parit culpam et peccatum: mala enim semina fecundiora sunt bonis. Si ergo semen virutis unius parit multas virtutes et premia gloria, multo magis semen peccati pariet multa secula et supplicia. Tertio, seminat quodque sum proferat granum, ut trifolia triticeum, hordeum, hordeum; sic queque culpa proprias parit culpas et peccatas: nam superbia parit iram, invidiam, rixam, cedes, etc.; gula vero parit commessaliones, ebrietates, eras, alas, astotas, libidines, lites, etc., insuper peccata fastidii, somnites, insomni, catarrhi, febres, dysenterie, verigitis, et mille morborum, que culpm consequi solent. Similiter alias peccata parit avaritiam, alias aedem, alias inuidia, etc. Quartu, sicut eadem terra, qua seminat recipit, recipit ad messem; et siem agricola, qui serit, idem et metet: si pariter peccator, qui serit iniquitatem, idem et metit iniquitatem ejus; que peccata multiplicem; nam noxa caput sequitur, sicut carmine sequitur room, ut cum torqueat et plectat. Hoc est quod ait Job cap. IV, 8: « Qui seminat dolores, et metet eos. » Et Paulus, *Galat.* VI, 1: « Qui seminavit homo, hunc et metet. » Et Christus, *Math.* VI, 2: « In qua mensura mensi fueritis, remegetur vobis. »

ET VIRGA IRE SUE CONSUMETUR. — Alii legunt, consummabitur, hoc est consumetur. Virga irea prima, est ipsa ira, qua iratus quasi virga saevit, et verberat alios vel verbis asperis, vel etiam inflatis plagiis et verberibus: ob hanc enim iusta dei iudicio similii aliorum ira et saevitia plectetur, qua alios vexavit et oppressit; ira enim virge comparatur, ait Abra Ezra, juxta illud *Isaiae* x, 5: « Virga furoris mei. » Sensus ergo est, q. d. ira ejus, saevitia et iniquostia vertetur ei in virgam, qua puniatur et perdatur.

Secundo, a virga irea est potestas (huius enim insigne est virga et sceptrum, ut habent Hebrei) cui juncta es superbia et ira: haec enim vehementer premat, imo opprimat, juxta illud Seneca in *Proverbiis*: « Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia. » Verum talis similem aliorum potestatem in exactum experient et sentient, vel in praesentia vita, vel in futura.

Tertio, apposite ad semen et messem, de qua praecessit sermo, virga hic accipi potest triturationis, flagellum sollicit quo e segete grana extuluntur, q. d. Iniquos qui alios aliorumque segetem et bona flagellavit, et trituvavit, ipsa pariter segesque et bona ipsius ab aliis flagellabitur et tritubabitur, ut in quo peccavit, in eodem et puniatur, juxta legem talionis. Sic ergo virga sive flagellum, qua executi erant ejus fruges, non fruges quae nullae sunt, sed ipsum iniquum episcopio lolla et spinas, id est sceleris et criminis, diverberabunt et excutient; virga, inquam, et flagellum quo flagellabitur, vel a Deo, vel a justitia, vel ab alio quomodolibet.

Pro consumetur Vatablus et Paginus vertunt, deficit, q. d. Deus secundum operam retrahet unicuique, et privabit facientes iniquitatem omni auctoritate, qua utinat cum sevicia erga subditos; ita R. Levi et Aben-Ezra. Alii vertunt consumetur, sive perirent in ira. Unde Septuaginta vertunt, *plagam autem operum suorum consummat*, vel operum suorum virus vulnusque ad finem sentiet, ut verlit Auctor *Catena Gravorum*. Sic enim plaga pus ejicit virulentam, sic ira et sevicia parit dolorem et noxiam auctori (1).

Mystice Beda: « Qui seminat, ait, iniquitatem, metet mala, » id est, « qui verbo aut exemplo suum in alios iniquitatem spargit, missis loco videantur recipi. » Porro quod sequitur: « Et virga ire sue consumetur, recte adaptes Doctoribus et Superioribus, qui subdolus peccantes rigide castigant, cum ipsi graviora peccant; aut illi qui aqua et proba docent, cum ipsi sint iniqui et improbi. Illi enim verbis suis dannant se ipsos: censuram enim, qua alios ferunt, ferunt in se ipsos; quare castigatione qua alios castigant, ipsi castigandi sunt, iuxta illud Apostoli, *Rom.* II, 21: « Qui ergo alium doces, te ipsum non doces qui predicas non furandum, furaris; qui dicas non inechandum, moxcharis, » etc.

9. QUI PRONUS EST AD MISERICORDIAM, BENEDICE TUR: DE PANIBUS ENIM SUIS DEDIT PAUPERI. — Pro qui pronus est ad misericordiam, hebreus est בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, id est bonus oculus, vel potius bonus oculu; Chaldeus, qui bonus oculum habet, « Bonus oculus, » ait Vatablus, est homo liberalis, benignus et candidus. « Bonus oculo » est, qui placidus et benignus oculus respicit pauperes, eo quod pronus sit ad misericordiam, tum proutitate naturae, tum proutitate virtutis, puta pronus tum ex compassione naturali, tum potius ex assumptione charitatis, ait Lyranus. « His benedicetur, » id est fortunabitur a Deo, omnique beneficione temporali et celesti, humana et divina,

(1) Gesonius, et virga irea ejus. Dei scilicet, quia sonet castigatio, parata est. Ewaldus, et virga irea ejus, i. e. divina ejus poena, parata est. Maturus, et vir, a insolente ejus, qua insolenta ejus castigabitur, parata est: quod praesens.

COMMENTARIA IN PROVERBIA SALOMONIS, CAP. XXII.

presenti et aeterna cumulabitur. Nam, ut sit S. Chrysostomus, homil. 12 in epist. ad Hebr. : « Eleemosyna ac misericordia est tanquam quadam aurea et vivens columba, placidum habens aspectum et mitum oculum : nihil est illo oculo melius ; itaque misericordia oculi obvenierunt columbini, placidi, benevoli, et ipsa mitit quodam modo mitiores. »

Posset quoque *ad beneficium* accipi pro laudabili, q. d. Laudabunt et benedicunt eum homines, imo Deus et Angelii ; sic enim hoc alludens videtur explicare Eccl. cap. xxxi, 28, dum ait : « Splendidum in paubus benedicent labia multorum. »

Sensus est ergo, q. d. Qui benignum habet cor, inde beneignum oculum, quo benigne respicit egenos, esto ipse sibi pauper, ut sis large beneficere nequeat : tamen beneficetur a Deo, quia liberaliter de corde de pane sibi etiam necessario dedit pauperi, imo panem dimidiavit, dimidium pauperi tribuis, reliquum sibi servans : Deus enim magis respicit dandis promptitudinem benignamque mentem et oculum, quam doni magnitudinem, juxta illud Christi, Lw. xxi, 3 : « Vere dico vobis, quia vidua haec pauper plus quam omnes misit ; nam omnes hi ex abundanti sibi miserant in munere Dei : haec autem ex eo quod deest illi, omnem viuetum suum quem habuit, misit. » Hinc Septuaginta verunt, *hilarem datorem beneficij aut diligit Deus*.

Ratio a priori est, quod donum magis astinetur ex affectu danus, quam ex domi praestantia : qui enim rem parvam, dat ingenti animi affectu et benevolentia, gratior est, et plus dare censeretur, quam si rem magnam dat parvo animi affectu. Jam affectus animi, praesertim amor et benevolentia, aequa ex odium et indignatione, maxime perlungat eminatque in oculis, quasi in cordis fenestrulis. Hinc invidi et maligni, ut fascinatores, fastidiosi et viri gestant in oculis, illisque illud vibrant in astros, praesertim pueros, quo fit ut pueri cubum fastidiant, et tali conficiantur : ex adverso benigni et benefici, benigno corde, oculo et manu intuentes egenos, eisque beneficentes pro sua facultate sua, licet exigua, ipsi vitam et salutem conferunt. Salomonem secutus Ben-Sira, alphabeto 1, littera *iod* : « Manum tuam, ait, a beneficia non abstrahas. »

Quaequantum, quibus, quoties et quomodo beneficendum sit? Respondeo, dandum esse quantum vires permitunt, ut potius supra vires largiendum quam infra. At imprimitur habendum est ratio eorum quibus damus : nam, si parvo agent, parum detur ; si multo, nullum. Jam vero dandum est, quoties indigent pauperes. Unde dicebat Aquila, preceptor Aquila Pontifici, in operum qui maue nostram beneficentiam esset expertus, si vere redeat, non esse dimitendum vacuum. Sed quomodo, inquit, dabitur? Hic tria observanda esse monent Hebrei : primo, ut

eleemosyna detur clam et in occulto, non palam et in aperto aut publico ; secundo, ut detur yulku hilariu : nam hilare datorem amat Deus, iuxta dictum Apostoli ; tertio, ut, cum damus, verbis blandis alloquamur : nam doce gratiam conseruat oratio, que sepe numero plus valet ac potest, quam ipsum donum. Huc facit gnome Arabin, Cent. I, num. 80 : « Liberalis vicinus est Dei, vicinus hominis, vicinus paradise, remotus ab igne inferni. » q. d. Beneficetus et liberalis felix est in hac vita et futura, in terra et in celo. Praeclare Nazianzenus, orat. *De Cura pauperum* : « Deus est, ait, calamitosus Dei misericordiam imitando ; nimirum enim beneficentia diuinius in hominem cadit. » Et rursus : « Pulcherrimum hoc et benignissimum Deus facit, quod non ex pretio rei date, sed offerantis facultate et animo donum aestimat. Benignus esse ne differas, sed nunc esto ; nec ideo quia prout summa destituti, totam relinquas liberalitatem, sed partem reipsa prestes, partem animi promptitudine, aut proposito in posterum (utrumque enim significat grecum *πρόθυμος*). Magnum calamitosum remedium est misericordia ex animo collata, et genuina condolentia multo leviorem reddit calamitatem. »

Huc facit apologus ursi, agni et columbae, nervos similitudinibus armatus, quem recenset Cyrilus, *Apolog. moralum*, lib. I, cap. xxii, cuius titulus : *Magi semper patrem misericordia tenet* : « Ursi eatalum, ait, in captum agnivolum sevientem desuper columba propulsione, dixit : Ut quid in miserum sevis? Cui ille : Si generatorem complexionemque et morem meum attenderes, tu tibi responderes : Nimirum ursi filius sum, ursum me fore physionoma ostendit, atque ideo nunc ursi morem imitor. Tunc illa subiunxit : Lingue corruptum generationem, vince sanam complexionem, depone feruum morem ; nam Deus clemens creavit te, natura pia nutrit te, plena terra sustentat te. Dulci sanguine vivis, amica membrorum compagine subsistis, et humorum tuorum pacis federe solidaris. Revera, totus ordo nature ad pietalem te trahit. Coelestia enim ac terrestria omnia tantum tibi bountatis indulgent, ut vivas. Quippe non enim corporis vivificum motum, nec eccli lumen, nec aeris datum, nec telluris granum, nec exuberantis aquae profluvium, quibus vivis. Unde, queso, tibi haec omnia, nisi ex sola natura clementia? Igitur derelinque furem, mitiga rabiem, desine seire, et te ad imitandam communem pietaatem converte. Ad hec illi parum emolliunt respondit : Profecto quo sapienter hortaris nec agerem, si domante omnia mala ratione haberem. Mox illa : Bene, inquit, dixisti. Quoniam omnia crudelias asperitas ex feritate bestialis mentis exsurgit. Exasperatus enim mare tembris ostenditur, et aurum politura complatum rutigliant micat. Sic lux sapientie benignitatis est socia, et pietatis semper amica, sed in mente perturbata suscitatur

COMMENTARIA IN PROVERBIA SALOMONIS, CAP. XXII.

tur ita turbida, insipientia obscura, crudelitas aspera. » Unde hanc conclusionem practicam educit, et velut epiphanytum assignat : « Sapientia ergo ratione mala omnia vincens, passus offensam, magnanimitatis potentia spernit iram, beneficentia liberalitatis injuriam et crudelitatem remittit, nec amplius aliud quam beneficentiam sui cordis meminit. Sic illata constanza frangit, patientia vinclit, et ex toto corde triumphatorem misericordiam ostendit. Novit enim noster cente fore iracundiam jam subiectum, et ideone devicto viator compatiuit, et per sua pietatis antidotum infirmitatis alterius curat malum. Ita igitur sapientia invicta pax est, et vindicta, clementia. In bonis enim summa ejus Victoria; et in malis, virtus inviolata. Qui vero flammis ire cito accenditur, fortet ignem ut sulphur. Sed cum opportune prudens rascitur, splendet ut aurum politum. Iracundus ergo est sulphur fortidum, et iratus sapiens est aurum digestum. Quibus dictis ab initio, id est hilarieta, « vultum tuum. »

Secunda est : « Qui miseretur pauperi, ipse vivissim enfrustratur, ut qui egoen de panibus suis imperitius sit. » Qui enim miseretur, meretur misericordiam; et qui pascit alios, meretur pasci, juxta illud Christi, *Matthew* : « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. » Et Apostolus, *Il Cor. ix* : « Qui seminat in beneficitionibus, de beneficitionibus et metet. » Vide sequentia et que ibidem annotavi.

Mystice Auctor Catena Graecorum : « Doctores, ait, qui pauperes spiritu doctrina sua pascunt, seipso vel maxime alunt, juxta illud : In diebus suis ipsi panibus (hoc est ipsi usurpum doctrinam, per quam nimur ipsi quoque sustentur) saturabuntur. » Exempla hujus sententiae et beneficitionis eleemosynae sunt in *Vita S. Joannis Eleemosynarii*, qui quo pluribus datus pauperibus, eo pluribus recipiebat, ut fusus albi recessu; in *Vita S. Lydwina*, que sua liberalitate meruit obtinere bursam Christi, ex qua quantumcumque erogaret, semper supererat, quod ulterior erogaret; in *Vita S. Catharinae Senensis*, et aliorum plurium.

Memorabilis est quod de S. Liberali, nobili Alinate et Tarvisii proteclore legimus, cum in agros et pauperes mire fuisse liberalem, ideoque nullus a tempore eius morbi curasse, adeoque una die 120 personis sanitatem divinam virtute impertivisse. Cum vero hiemis tempore ad ecclesiam calidissimum pergeret, paupere nudo et frigore trementi obvio, sibi vestem defractam tradidit, qui illi sequenti nocte apparsens Christum se esse dixit, et vestem restituit, quam illi induens, a periculis non semel servatus est. Nam, cum Ariani praeventibus, S. Heliodorus cum suis discipulis ut solitarium locum inveniret, in quo Deo deserviret, navim concendisset, sevaque orta esset tempestas, illam Liberalis extrema vestre illius demisso in mare illico sedavit: ita ex monumentis Ecclesiae Tarvisinae narrat Philippus Ferrarius in *Catalogo Sanctorum Italae*, ad diem 27 aprilis.

Tertia est : « Victoriam et honorem acquirit munera dans, et animam quidem aufer possidemus, vel acceptiplantum; » vel, ut Vulgata legit, *accipientium*. Hoc gnome non est in *Hebreos*, sed ex Septuaginta transcripta. *Pro aufer gressu est*

Elegans
syna
titat

Aequa pars, quod Auctor *Catena Graecorum* variat, *eternit*, accipique de donis que dantur principi vel iudici ad evertendam justitiam.

Verum alii referunt ad eleemosynam et misericordiam, de qua hoc versu omnis est sermo, ut sensus sit, q. d. Beneficium et liberalis, qui dat eleemosynam vel munera, vincit sibiique devinit et subjungit animos acceptiūm: quare ab eis imputat omne quod vult, ab eiusq; honoratur ut munificus, immo ut curator et pater, uti honoratus fuit Joseph ab Egyptiis, dans ei frumenta et alimenta, ideoque vocatus « Salvator mundi, » *Genes. xl. 43*. Vere Comicus: « Magnes animi aurum, magnes animi munus. »

Mystico Auctor *Catena Graecorum*: Munera, inquit, sunt virtutes per quas homo animam suam demonibus, qui illam possidebant, eripit, immo animam Dei, Angelorum et hominum sibi consiliat, itaque quasi auctori suffatur, sed pro fortique benevolentia farto.

Posset secundo, hec gnome accepi, ut sit argumentum a simili, putata judice et principe, cui dantur munera, q. d. Sic uti munera dat judice, victoriam in lite obtinet; et qui ea dat principi, ab eo ad honores evelut, eo quod dans munera accipientis animum per ea sibi obstringat: sic pariter victoriam et honorem omneque bonum, quin et gloriam aeternam a Deo consequetur, qui Dei amore dat dona pauperibus; hisce enim Dei animum, id est gratiam et benevolentiam demeretur sibiique consilat.

Moraliter, nota hic quanta vis sit eleemosyna et beneficentie, utpote, quae ardua queque vincit, et de omnibus reportat victoriam. *Primo*

enim vincit eos quibus benefici; esto iniuncti sint et infensi; eorum enim qui emolliunt, allicit et in beneficentem reflectit; quis enim amaret se non redempti quis beneficii sua maleficat? Hoc est potens et nobila victoria genii, de quo Apostolus *Rom. xii. 20*: « Si esurierit, ait, iniunc tuus, cibā filii; si siti, potum da illi: hoc enim facies carbones ignis congeres super caput ejus; noli vinci a malo, sed vince in bono malum. »

Secondo, eleemosyna vincit avaritiam et cupiditatem ceteraque vita; nam, ut ait Apostolus, *I Timoth. vi. 10*: « Radix omniū malorum est cupiditas. » Ratio est, quia contraria contraria vincuntur: sicut ergo ignis extinguitur aqua, sic cupiditas restinguatur eleemosyna et liberalitate.

Tertio, eleemosyna vincit delictum peccatum, non tantum presenti et futuri, sed et preteriū, juxta illud Danielis, cap. iv, ad Nabuchodonosorem: « Peccata tua eleemosynis redime, » *Ez Eccl. iii. 33*; agnem ardenter extinguitur aqua, et (sic) eleemosyna resilit peccatum, et Deus prospexit est ejus qui reddit gratiam. « Ratio est, quia eleemosyna facta ex amore Dei et proximi est actus charitatis; charitas autem abolet omne peccatum. »

Eleemosynam
vit accepit.

Vincit
avari-
tiam.

Quarto, eleemosyna expugnat cælum avaris clausum; ob eleemosynam enim datum Christus iudex eleemosynarios adjudicabit cælo, immisceriores inferno.

Quinto, eleemosynarius vincit aurum omnesque opes mundi, que mortalibus dominantur: ipse ergo quasi auri mundique dominus illud regit, dispensat, erogat.

Sexto, Beneficentia vincit demones, eosque fugat et expellit. Ratio est, quid demones ob Iram et invadunt, quoniam flagrant in Deum et homines, sint plane maligni et malefici; maleficium autem vincitur a beneficio, et malefici a beneficio; sicut ergo amor vincit odium, et amans oditatem: si eleemosynarius vincit demones, similis enim est Angelus, qui totum est beneficium; Angeli autem vincunt fugantique demones. Huc facti illud *Psa. xi. 2*: « Beatus vir qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et non tradat eum in animam inimicorum ejus; » id est a demoniūm; » ait *Ibidem S. Chrysostomus*:

« Scimus enim oleum efficit ut athletæ elabuntur et manibus adversariorum, ita etiam eleemosyna facti ut eiā utinatur, declinet et fugiantur demones. » *Ibidem S. Chrysostomus*, in cap. vi *ad Ephesios*: « Non est, ait, nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundi principes et potestates tenebrarum harum; ideo adversus tenebras lucis armis suscipere jubet Paulus: « Abjetiamus opera tenebrarum, et induiamus armā lucis. » Ille ergo lucem, non deficit, continua ostē instillatio in tripli; misericordiam alhibimus; hie enim nos contra validissimos hostes omnium generū instruit. »

Septimo, eleemosyna vincit Deum; unde ipsa specie reginae apparetis S. Joanni Eleemosynario asseruit se Deo esse familiariissimum, et ab eo omnia ad libitum impetrare. Quocirca *Vota*:

« Monera, crède mihi, placent hominesque deoque. »

Similem victoriam eamque multiplicem Salomon assignavit obedienti et obediens, cap. xxi. 28. Si beneficentia vincit Deum, vincit et naturam (eius auctor et rectore est Deus), omniaque natura commoda et incommoda, ut paupertatem, famem, siti, opulentiam, delicias, gulam, etc. Unde *S. Chrysostomus*, hom. 19 in *II ad Cor.*, in moralis, celebrans viduam, quae parum farine sibi et filiis ad vitam necessariam dedit Eli, assertit illam vicisse primo, naturam, quia filii non peperit; secundum, famem, quia cibo se privavit, ut eum daret Eli; tertio, mortem, quia ejus periculo per inidiani se exposuit; quarto, Abrahamum, quia sibi necessaria dedit: « Quid enim, ait, illa foris fuit muliere? nonne contra naturam tyrannidem, et contra famis violentiam, et contra mortis iniuras generose stetit, et omnium fuit fortissima? Sed audi quomodo Christus illam predictam: Multo enim, inquit, erant viduæ in diebus Elii, et ad

nulla missus est propheta quam ad illam. Di-
cam aliquid magnum et admirabile. Ista patre nostro Abraham plus in hospitalitate impendiit; non enim ad armentum cucurrit sicut ille; sed pingilio illo farine precurrit omnes in hospitalitate celebres: nam ille quidem vinebat, quod ad locum scipsum exhibebat; ista vero neque puers percutit proper hospitem, etiam nondum futura expectans. »

Hinc noster Marcellus de Roa, lib. I *Singul. cap. ix.* sic exponit: « Qui pronus est in misericordiam, beneficetur, » id est bonus, immo optimus, hoc est divinus, immo Deus quidam terrestris, vocabulari. Nam bonitatis (Deus autem est ipsa bonitas) maxime proprium est beneficere. Nihil vidit meus Cicero, lib. II *de Natura Deorum*: « Sed ipse Jupiter, ait, id est Juvana pater, etc., a majoribus nostris optimus maximus dicitur; et quidem ante optimus quam maximus, quia maius est certeque gratius prodesse omnibus, quam magnas opes habere. » Hinc Varroni *Dives* dictus est, quasi dives, quod perinde ad Deus circumfatuū maximis copiis, et alienam inopiam ac miseriā, nihil ipsa interea incommodi accipiens, levare tonat, quam possit. Nomen autem Dei nomen est liberalitatis et magnificiū. Jupiter a juvando dictus est, Deus a dando. Hinc olim Macenates, patrem ac principes liberalitatem in clientes ac suis, nomen sibi inveneri debet.

Ver. 10. 10. EJICE DERISOREM, ET EXHIBIT CUM EO JURGIUM (Symmachus et Theodosius, riza), CESSENTIUS CAUSE ET CONTUNELLE. — Septuaginta, ejice pestilētā et consessu, et exhibit simul cum illo juriū; iam cum sedet in consessu, omnes inhorat, Greci, ἔργαται, id est dehonestat, inhorat, ignominia afficit, nihil astimat, contemnit; Syrus, cessabit lis et opprobrium, ne, si sedet in consessu, omnes probrii afficit; Chaldeus, ejice derisorum, et expelle contentiosum, et cessabit juriū et ignomi-

nia.

Pro derisorum hebreorum est *lets*, quia vox si-

gnificat hominem noxiū et pestilētā, qui alios irridet, subsannat, divexat, pacem turbat, litas et pugnas concitat, qualis est susurro, detractor, convicator, irrisor, turbulentus et seditionis; talis enim est susa et fomes continuus juriū et rixarum: alios enim probrii et san- nis impedit, ac seminal dissida et litas. Ait ergo: « Ejice derisorum, » id est susurron et turbatore, « et exhibit eum eo juriū, cessabuntque cause, » id est litas est contumelias. At *derisorum* in singulari, non *derisores* in plurali, quia unus inquisitus et turbulentus sufficit ut totum cœtum, totum urbem et rempublicam turbet, vexet, affligat, sicut modicum fermentum, totam farinam massam infect et fermentat. Quia similitudine probat Apostolus, *I Cor. cap. v, 6*, incestuosum scandalum ejiciendum esse ab Ecclesia. Ejice ergo derisorum vel e vita, ne vivens aliis turbet, ita aliqui, vel simplicius, ejice et cœtu, ex urbe et republica,

Tales praे ceteris sunt heretici, qui omnia humana et divina rident et in jocum verunt, ideoque turbant fidèles Catholicos. Unde Beda sic explicet: « Ejice hereticum, quem corriger non posles, de Ecclesia, et cum illi libertatem predicandi abstuleris, Catholicos paci auxilium praestabis. » Hac de causa Ecclesia hereticos, vel turbatores, seditiones et seductores excommunicat et ab Ecclesia ejicit, ut fidem pacem, fidelis integritatem et salutem tueatur.

Monet ergo hec gnome patr̄is familias, ut e domo; presules, ut ab Ecclesia; principes, ut e civitate et Republica, expellant homines turbulentos et pestilentes. Hi enim pacem turbant, omnes vexant, litas serunt, cives inficiunt; quare ut pestes contagiosæ a patre, presule, vel principio, studiose indagant, ac rigide eliminant et expellunt sunt, ut ceterorum quieti et saluti consulat.

Et Auctor *Catena Graecorum* partim litteraliter, partim tropologicæ: Ejice, inquit, a doctrine cathedralis hominem pravis opinioneibus pravissime actionibus imbutum. Ejice hidem ex anima tua regno pestilētē diabolum, neque solum illum inde expelle, sed odio quoque persequere: si enim sedem in illa ceperit, omnes bona illius cogitationes per innatam malitiam et immunditiam turbabit et inquinabit; Apostolus enim an-

mam per ea ipsa quendam concilii similitudinem obtinere sperne ostendit, per qua cogitationes hinc inde excusantes et accusantes inducit, Rom. ii, 15.

11. QI DILIGIT CORDIS MUNDITIAM, PROPTER GRATIAM LABORUM SUORUM AMICUM HABEBIT REGEM (1).

Cordis munditiam amicis est regem, quia resp. trimo.

Queres, quemnam vocetur hic cordis munditia, et quemnam gratia laborum? Primo, Baynus, Cajetanus et Jansenius per cordis munditiam accipiunt cordis candorem et sinceritatem, per gratiam laborum veracitatem: atramque enim adamant reges et principes, tum qui vicarii sunt Dei, qui est prima veritas, puritas et sinceritas; tum quia vera et sincera juxta dicere, populum regere, et omnium Republique munia administrare debent; quare summe oderunt hypocritas, dolos, mendaces, fraudulentes, qui hanc veritatem adeo ipsiis decoram, et ad bonum, regimen necessarium offuscare, adimere vel pervertere conantur. Sensus ergo est, q. d. Qui diligit cum munditiam cordis, id est candorem et sinceritatem, atque illi similem « gratiam laborum », id est sinceritatem conformem veritatem, a dolo, furo et fraude alienam, hic placebit regibus et principibus, ut eum habere amicum et familiarem percupiant. Reges intellige probos et sapientes: nam improbi et insipientes amant sibi similes, præsentim eos qui sibi adulantur, ideo mentiantur, furem faciant, et illudant, ut Nero amabat Simonem magum et impostorem.

Secundo, noster Salazar per munditiam cordis accipit cor ab odio, malignitate et malitia purum, placidum, pacificum, quietis et concordis studiosum; per gratiam laborum, gratiam dicendi, et conciliandi amorum, pacem, concordiam, ut hic versus annectatur et opponatur precedenti de ejiciendo derisoris, q. d. « Qui diligit cordis munditiam, » etc., id est, si quis est sincero vir animo, verax, pacis et concordie studiosus, hunc certe alios posthabitis sibi rex in amicum addigere debet; si enim per omnia ipsi est, ut eius muneras functiones obeat. Itaque sicut illum alium derisorum quam longissimum arcendum esse in superiori versus dixerat, ita hunc verecundam et placidum hominem, quam proxime sibi adjungendum copulandumque docet hic Salomon. Cito subinde verbis auctorum, quia nullus seipso melior est mentis sue interpres: a qua non raro aberrant, qui illam suis verbis interpretantur.

Tertio, Peda, Hugo, Dionysius et alii per cordis munditiam accipiunt castitatem cordis; per gratiam laborum, castitatem verborum, ob quam Christo, Regi regum, praeter ceteros Apostolis dilectus fuit S. Joannes, et utramque in suis familiaribus admittant reges et principes, tum ne audire, vel etiam theri regalis, pudicitiam suo sceleris et

(1) Hebr. est, qui amat munditiam cordis, qui mente pravis affectibus purgare studet, cuius tabia sunt grata, ejus amicus rex est.

infamia commaculent; tum quia ubi est castitas a libidine, ibi est etiam castitas et puritas ab omni scelere, immo fidelitas, sinceritas, integritas; amor enim carnis sive libido ita potens est in homine, ut qui eam vicevit facile cetera vita vineat, immo illa sine reliquo virtutibus, ac præseruit sine ingenti amore vincit nequit. Unde S. Augustinus, lib. De S. Virginitate, docet charitatem velut ignem purgare et exire omnes libidinis feces, ideoque virginitatem puriorum et splendoridorem efficer. Ille vero castitas cordis parit castitatemoris, ut non nisi honesta, verecunda, casta, gravia, justa, sancta proloquatur; que insignis est gratia, quia omnes, sed maxime reges et principes, sibi conciliat. Tritum est illud:

Os castum in verbis, a furo candida palma,
Clamata terraram visere cuncta queant.

« Antiquitus, ait Lyranus, reges non permetabant aliquam sibi assiriare, nisi mundum et honestum. »

Quarto, R. Levi per munditiam cordis accipitrum amorem et charitatem, q. d. Cum quis sincero corde prestat, aliquo sine amore prosequitur, hujusmodi benevolentia et charitas, quam in socios suos amicosque verbis suis prædit, ut eos imperium ac potestatum obtinet, ut corum rex esset videatur. Haec ille qui verba per hypallagam invertit, q. d. Amicus erit regis, id est rex erit amicorum.

Quinto, et plenissime, per munditiam cordis accipias omnia jam dicta, puta munditiam ab omni simulatione, duplicitate, mendacitate, dole, libidine, omnique alia pravitate et cupiditate: hec enim est plena et perfecta cordis munditia. Sensus ergo est, q. d. Qui cor habet mundum ab omnibus prævisus desideris, ac similis habet gratiam dicendi, qua auditorum benevolentiam sibi conciliat, hic amicabilis sibi reges et principes. Duo ergo ad hanc amicationem requirunt, scilicet primo, munditiam cordis; secundo, gratiam laborum, qua amabiles et gratiosi apud audires reddimur, iuxta illud Psal. xlv, 3: « Diffusa est gratia in labi tuis; propterea benedixit te Deus in eternum. » Et Cant. i, 2: « Oleum effusum non tuum, ideo adolescentiales dixeront te. » Sic Iudei « mirabantur in verbis gratiae, que procedebant de ore ipsius » (Christi), Luc. iv, 22. Et Isaías, cap. l, 4: « Dominus, ait, dedit mihi lingua eruditam. »

Porro unum sine altero non sufficit, sed tam munditia cordis, quam gratia laborum adiut oportet. Unde ex Hebreo cum Tigurina vertas, rex amicus ejus qui munditiam cordis diligit et laborum gratiam. Noster tamen verit, propter gratiam laborum, quia Hebrei sepe subaudient propter, ut signifiet munditiam cordis parere gratiam laborum; hec enim munditiam cordis parit munditiam honestatem verborum, que audientes demeretur, et in sui amorem rapit; os

im simulacrum est cordis, et in verbis mundis velut in speculo resplendet munditiam cordis, que omnibus, sed maxime regibus carissima est. Sic ergo aurum a seoria defecati munditias, puritas et probitas timitu dignoscitur: sic munditias cordis ex timitu et somitu verborum mundorum pascit et cernitur. Hos ergo amicos sibi diligit rex, tum quia talibus se suaque credere audet, tum quia eos socios gubernationis assicere possit: eorum enim puritas et sinceritas in totum populum redundat; qualem enim gubernator, talis esse solet et populus: tum quia eorum munditias regi est decor et ornamento. Inde enim vulnus colligit regem purum habere cor ab omni vilo, utpote qui non nisi puros et mundicordes sibi amicos et socios assicaret. Impurum enim, si in amicitiam regis irrepant, eum dedecorant et infamant, quasi ipse ei similis sit et impurus; perinde a quo quis nummum adulterinum regis imaginem insigneat, regem dedecoraret: imo enim regis nummus ab eo cuspiditur, ut signifiet nummos esse legitimos; qui ergo adulterinus eamdem addit, mentitur eos a rego eus probatosque, velut legitimos, que ingens regi est injuria et infamia. Sic ergo imago regis nummum verum purumque esse testatur: sic pariter regis gratia et amicitia viri puritate et præstansatio suo testimonio commendat. Talis fuit Chus, munditiae studiosus, ideoque amicus regis Davidis, qui proinde fidelite a Davide rebellionem Absalonis depulit, Il Reg. xv et xvi. Et Zabud, filius Nathan, amicus Salomonis, III Reg. iv, 5.

Significat ergo haec gnome, atque Jansenius, eum qui amat integratatem animi, atque a furo et impietate liber est, si accedit etiam dicendi gratia, regi ac magnitudinis placitum. Aut significatur talis non posse non habere gratiam laborum apud reges, hoc est, talium ut plurimum verba sermonesque gratia esse, quod sincero animo dicantur, cum implorari et fucatorum blandilquentia, etiam elegans et compita, sapientibus ingratis sit et odiosa, utpote per quam malum machinatur. Unde de Durio scribitur quod, cum malum panicum in manu teneret, dixerit se non optare maiorem thesaurum ullum, quam ut tot haberet Zopyrus, quod essent grana illius pomii: significans regibus nihil gratiae esse debere fidis amicis.

Porro mundus corde et gratiosus labi non solum amicus est regis (terre), sed et regis coelestis, puta Dei, iuxta illud Christi, Matth. v: « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. » Ita R. Salomon: Qui cordis, ait, et laboriorum puritate prestat, amicum habet regem, id est Deum, qui et humo amabit, et ut ceteris in amoriis sit curabit. Quocirca pro qui diligit, hebreia est ἡλέος obē, id est diligens, quod nulli ad Deum referunt. Ita Chaldeus: Diligit, inquit, Deus mundum corde, et in gratia laborum suorum socius erit regis; Syrus, et amat labia sociorum regis; Vatablus, amat sup-

ple Dominus) eum qui puro est corde; propter gloriam labiorum suorum socius ejus (est ut) rex, id est, tanto amore prosequitur amicum suum, quanto, si rex esset, quem ne verbo quidem offendere vellit; Septuaginta, diligit Deus corda sancta (Aquila et Theodosius, mundi; Symmachus, casta vel puro), et accepti sunt ei omnes immaculati in viis, vel qui tales sunt ut reprehenduntur possint. Deinde quod sequitur de rego, ad sequentem versum rejicitur, hoc modo: Rex labi pascit (legerunt γῆν τὴν ράχην, id est pascit, pro γῆν τε, id est amicus); oculi autem Domini custodiunt sensum, q. d. Regi robur magis consistit in regis prudentia, quam in potestate aut populi frequentia. Ita Auctor Catena Grecorum.

Denicè Beda partim litteraliter, partim mystice sic explicat: « Qui mundo corde recta predicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi et conditori sæculorum Prophetæ dicebat: Mili autem nimis honorati sunt amici tui, Deus. Nam si quis gratiam laborum recta predicando præmonstrat, cordis autem munditiam custodire dissimulat, nequaquam talis aeterni regis amicitia frui posse putandus est. »

Ratio a priori est, quod Deus uti in essentia est Ratio prius.

spiritus purissimus et simplicissimus, carent omnibus compositione, etiam quae sit dyntax ex actu et potentia, ex genere et differentia, ex essentia et existentia, qualis est in Angelis: sic pariter purissimus est in intellectu et voluntate, ideoque remotissimus ab omni errore, duplicitate, simulatione, cupiditate, passione, impuritate; quare diligit Angelos, utpote puros spiritus, et ad suam puritatem præ ceteris creaturis accedentes. Item animas easias et puras, quia in his valut in terro limpidoque speculo resplendet divine puritatis et splendoris imago. Haec ergo Dei similitudo sunt: similitudo autem causat amorem et amicitiam, similis enim amat sibi similes. Hinc animas castas et puras sunt templum Dei, iuxta illud II Cor. vi, 16: « Vos enim estis templum Dei, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inimiculabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus, » Levit. xxvi, 12. Unde ex Chaldeo et Vatablo, hoc loco sit veritas, et veritatem iam recensit invenias (Chaldeus enim et Hebreæ nomina, cum sint indeclinabiles, in quolibet casu verbi possunt): « Diligit Deum mundus corde, » etc. Talis ergo cum Harmilio dicit: « Malo mori quam sordidari; » puritas autem summa et increata est ipse Deus.

Hoc faciunt gnome sapientum. Antonius in G. Melissa, parte II, cap. LXXXVII et LXXXVIII, citat de puritate Basili: « Primum beatissimum est, quod in corde nostro purum, quia radix est omnium corporis actionum cordis consilium. » Et illud Nazianzeni: « Non est pietas in virtus d-missionis, sed in cogitationis puritate. » Et titulus Clementis: « Non facinorum abstinentia fideliter justificat,

sed cogitationum castitas et pura sinceritas. Oratio casta et vita nulla labe contaminata, thronus, et verum Dei templum est. » El illud Philonis : « Domus Dei cogitatio sapientis, ac hujus proprie vocatur Deus qui universorum est, quod Deus in ea tanquam in regia ambulat. » El illud S. Lucie Virginis et Martyris ad Pascham praeceptum : « Casto et pie viventes templum sunt Spiritus Sancti. »

M-
Mus
museum
di ceteri
Jam modum, mendandi cor suggestit ibidem S. Cyrius : « Concupiscentia, alt, suscitat omnes impuras cogitationes et perturbationes (sicut ignis exicit fumum), ab ipsis invitatis mentem, ac primo presuligis illudens, postea vim adhibens et concutens : sicut enim fumi more, vel etiam sicut vapores quidam, insitum voluntatum appetitus in nobis nascuntur; sed qui temperans est et fortis, motus increpat, nec longius progrederi sinit, ac facile infirmos adhuc perurbationis motus superat; iners autem et negligens voluntatum principia admittit quasi cogitationes nudas; cumque permisit in latitudinem progressi, diffilimilium erit resistere : nam qui ante captus est et iam occupatus, est consiliorum suorum non dominus est, immo magis viciet perturbationi quasi barbaro alieni subjicitur.

Quocirca sapienter S. Basilus, hom. in principium Proverb., et ex eo Damascenus, lib. III Parabolorum, cap. xxvii : « Meniem, alt, oportet non secus ac gubernatorum quedam, supra vitiosas affectiones insidentem, ac carnet velut natum concessionem, rationeque tanquam clavum perle hue atque illuc obvertentem, fluctus generoso ac forti animo obliterare; atque ita se comparare, ut sublimis manens, ac perurbationibus impervia, earum amarulenta, perinde ac maris salagine minime impleatur. » Cisal ibidem Damascenus illud diximi : « Diuturno studio et meditatione, concitatorum animi motuum vis ac feritas debilitatur. » Non perurbationum aurige simul atque eas semel subegerit, tranquilla sunt omnia; semper enim quadam homo in hac vita bellum durat. »

12. OCULI DOMINI CUSTODIUNT SCIENTIAM; ET SUPPLANTUR (male in Regis legiur, superplantantur) VERBA INQUI. — *Prae custodiunt hebraice est יְהִי נָתָר, id est observant. Oculorum enim proprium est observare rem visam: item custodiunt, servant, conservant. Rursus pro supplantantur, hebraice est תַּסְתֵּל issatleph active, id est supplantat, calcat, proterit, everit, scilicet Dominus Deus I. (1)*

Quares, quemam haec scientia, et quomodo opprimita verba inquit?

Primo, Aben-Ezra per scientiam accipit viros

(1) Oculi Jova observant, custodiunt scientiam, i. e. tueri viros scienti et sapienti praevis, ne quodquam in eos possint impli; et pervertit verba perfidi, seu praevaricatori, res et instituta implorum, facies ut excedant suis constitutis.

scientia praeeditos: sic enim constat antithesis inter sapientes et iniquos, q. d. Oculi, id est intellectus vel voluntas et beneplacitum, puta prouidentia Domini, custodit viros scientia imbutos ab universis calamitatibus; verba autem iniqui prava, machinantis in scientia excultos, pervertit, et irita raddet. Scientiam intellige praeferam, puta studium virtutis, quae est scientia Sanctorum. Sciences ergo, sive sapientes, idem sunt qui justi et sancti. ETR. Levi : Sapientium mentem, inquit, conservant oculi, seu providentia Dei, ut illorum cogitatio et consilia relapsa eveniantur. Ideo vero Deus iniquorum verba demolitur, cum eos dejetat ab illo que consulto deliberaverunt. Et Vatabulus : Deus, inquit, approbat ea quae a viro sapientius geruntur; reprehendit vero verba (id est res), opera et gesta praevaricatorum.

Secundo, Beda per scientiam accipit veritatem, preseruum religionis et fidei, q. d. Superum conspectu custodit semper in Ecclesia scientiam veritatis quam docuit; verba autem hereticorum immo omnis sermo pietati et justitia contrarius, qui a Domino rege non servatur, cum suo auctore subvertitur. Supplantantur ergo verba iniqui, diuina heretici dogmata extinguntur, et quasi plantae pedis calcantur et suffocantur, ne sese propagent, et ad vicinos posterosse inficienos prospicient.

Tertio, Jansenius per scientiam accipit veritatem ore prolatam, praesertim cum testis verum a se cogitum testatur. Potest, inquit, scientia simpliciter accepi pro cognitione rei, de qua aliqui loquuntur et testificantur: ut significet prouidentiam oculi conservare et tueri testimonium veritatis, illud scilicet, quo id quod sciunt homines loquuntur et testantur; contra vero illum subverttere iniquorum verba, que in aliorum periculum contra veritatem cogitaverunt, aliud dicunt, quam sciunt esse verum. Favel versio Chaldaea, quo pro supplantantur verba iniqui, vertit, protudit verba praevaricorum; et Syrus, protogantur verba iniqui. Chaldeum et Hebrew **בְּנֵי תְּהִלָּה** titul idem est quod protudit, profligat, ejicit, ovellit, transportat; vel tegit, obtegit, offuscat, obumbrat.

Quarto, alli per scientiam accipit prudential et sapientiam. Hanc enim oculi, id est prouidentia Domini in orbe, ac praesertim in Ecclesia sua, tueri et custodiit, ac « verba » id est dicta et facta insipientium, id est iniquorum, prudentia et sapientia contra subvertit.

Quinto plane et genuine, noster Salazar conseit haec dicti adversus mendaces desidores, de quibus vers. 10, q. d. Deus quidem omnia intuelur; nihil enim est quod ipsis perspicacissimum aciem fugiat, atque adeo ipsa rerum omnium testis oculatus est; id sibi volunt illa verba: « Oculi Domini custodiunt scientiam, id est certissimam intuitivitatem rei cuiuslibet notitiam apud se asservant, et supplantantur verba iniqui. » In

Hebreo haec oratio est activa, hoc modo: Et supplantat, vel pervertit verba iniqui. Nimurum ipse Deus, qui oculatus rei testis est, verba, hoc est credencia et dolos improbi impostoris corrigit, jusque falsitatem palam evincit. Significat dunque Salomon, etiam tunc cum quis confidentissime mentitur, quia rem proorsus latere existimat, haud tam est esse, quia Deum spectator habuit, qui ei cognitionem notitiam apud se retinet, cum tunc cum volat, convicta ipsis falsitate aperte, et in vulgo spargere poterit. Quae sane est per elegantem locutionem digna sententia.

Denique generatio scientia hic accipi potest pro qualibet cognitione et veritate, sive fideli, sive morum, quam Deus in orbe et Ecclesia sua per doctores et sapientes tuerit et custodit, ac contrarium illi falsitatem, quam iniqui inducere conantur, supplantat et obliterit. Deo enim, qui prima est veritas, competit cuiuslibet veritatis etiam et futela, ut ipsa esto ad tempus ab iniquis opprimatur, famen Deo tutorum et vindice tandem caput efficerat, clarescat, vincat et triumphet, ut patuit in Christo, Apostolis, S. Athanasio, S. Chrysostomo, S. Gregorio Nazianzeno, cateristis fidelis, veritatis, prudentiae et sapientiae doctrinis, defensoribus et athletis.

Sophaginta vertunt, *pascit labiis rex; oculi autem Domini dominum sensum; vituperat autem verba iniquus*, q. d. Rex sapientibus suis edictis, responsis, dictis, subditis velut oves pascit, id est regi et in civili vita eniuit; iniqui autem eius verba legesque vilpendunt, easque in alium sensum, qui suis cupiditatibus favent, perperam interpretando delorquent; sed oculi Domini verum carum sensum conservant, juxta quem suo tempore, ac praesertim in die iudicij iniquos, vel ut hebreus est, **בְּנֵי boged**, id est praevaricatorum legis, judicabil, condemnabil et puniet. Haec haec gnomi Salomon metu divini iudicii percellit impio, qui leges regum pervertunt et violant, ut etsi timore ipsorum ad sanam mentem regisque et legum obedientiam reducat.

13. DICIT PIGER : *LEO EST FORIS, IN MEDIO PLATEA-RUM OCCIDENTIBUS SUM*; — Sepuginta, excusationem offert et dicit piger : *Leo in viis, et in plateis sicuti; Syrus, dicit piger quando militat: Leo in via, ecce et risor in platea; Chaldeus, dicit sors in sordidia;* Ecce leo foris, et in plateis homicidas. R. Levi : Ignavus, alt, domo non profit ad opus suum prae in-si goi desideria qua torpet, inquitque leonem foris esse a quo discurpat, si domo exeat, pradones que forum occupare, a quibus juguletur, si in illud so conferat.

Hic gnomi sordidam pigrorum graphicis representat; ne enim cogantur labore et labore sibi victum parare, singunt sibi mille inanes metu et pericula, ac porcas difficultates elevant, estimantque maximas, sicut pueri formidant umbras et larvas; et, ut vulgo dicunt : « Ex fornicia faciunt leonem; » singunt, inquam, sibi

Piger al.
mis
asino.

Causa est, quod olim et inertia mille homini suggestor apprehensiones et imaginaciones, qu

omnes laboris et rei faciendie difficultates, etiam minimas, ad vivum representant, exagerant et agravant, quibus animus meo percellitur et laetitia exhorret. Unde S. Basilius, apud Antonium in *Motissa*, part. II, cap. *XLVI*: « Oium, inquit, malefici principium. Propria est haec aegritudo otiosi et desidiosi animi, ut vigilante corpore somnia videat. » Ibidem S. Chrysostomus: « Nihil, inquit, est tam facile, quod non vnde grave et invicuum magna pigritia reddat, nec quidquam tam laboriosum et difficile, quod studium et alacritas nos, nullum faciat. » El Clemens: « Qui infirmi et imbecilles sunt, illi vel quod mediocre est supra vires ipsorum videtur. » Et Philo: « Innumeris negligente exercitatione robur etiam naturale enervantur. Consultudine et quiete confirmationem oium, insidiosum est. »

Hæc sententia vera est in temporalibus, verior in spiritualibus. Tardi enim et piger flingunt sibi periula et onera quæ nulla sunt, ac trepidant timore ubi non est timor. Jejunare, orare, cupitudinibus resistere, etc., carnales et piger putant sibi esse intollerabile et impossibile. Unde Beda: « Leo, inquit, foris, in medio platearum occidens sum, quod est aptere dicere: Et verba et opera virtutum, ubi ostendi foris ceperint, statim perirent vel hominem, vel spiritum contumatur invidorum, ne valeo in tentacionibus resistere, sed in his boni propositi vincor incepitis. » Sic et Auctor *Catena Graecorum*: « Qui, inquit, ad virtutem deses et, dicere solet: Leo est in via, hoc est, satius est vulgariter et incuriosus vivere, quam periculosa aliquot propter pietatem adire. Per leonem autem designatur diabolus: hic enim est qui virtutem vias obsidet; qui homicidiarum quoque nomine demones haud in concione admuntrant; » ac paulo post: « Alter, piger dicit: Leo est in via, hoc est, demones praveque cogitationes impulsionem mihi sunt, quo minus in Dei preceptis progressus faciam. »

Rursum hanc gnomem adaptes tepidis pigrisque Clericos, Sacerdotibus et Religiosis, qui ottari volunt nihilque agere, nee vacare contemplationi, nec actioni. Tali ergo reipisci dicit: Nolo sedere extra urbem frequentiam, in locum secretum, ut vacem contemplationi, quia ibi grassatus leo, id est diabolus, qui anachoretis et contemplantibus mille para tentaciones et laqueos; nolo pariter vacare actioni, nolo concionari, catechizare, audire confessiones, quia in his periculis non perdam meipsum, et alienorum peccatorum rauum me faciam, eaque in me transcriptam; sed hi cogitent in otio et desidia sibi longe gravius immunere periculum a pardo et panthera, qui desidibus insidiatur, ut in eos insidiatur, eosque laneti et devoret, puta ab Asmodeo et spiritu fornicationis, qui mille in otiosis suscitaverunt omnium desideria, et concupiscentias que illos oppriment et suffocant, ut Asmodius.

Fossa profunda per catachresin significat his

deus suffocavit septem sponsos Saræ ob inertiam et libidinem, *Tobie* cap. III, vers. 8.

Praecore S. Augustinus, serm. 63 *De Temp.*, loquens de sedulitate hospitalitatis, qua Abraham excepti Angelos, *Genes.* xviii: « Vide, ait, fratres, quam ferventi animo hospites debeat ex cipere. Ecce ipse Abraham currit, uxor festinat, puer accelerat; nullus est piger in domo sapientis. » Idem, serm. 245: « Noli, ait, piger esse in opere, cuius mercedem desideras, etc.; transiit labor, uenit requies. » Labora ergo in tempore, ut quiescas et exultes in eternitate: « Non enim sunt condigne passiones (pariter et actiones laesoresque) huius temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis. » Rom. cap. VIII, 18. Vide ergo, labora, patere, suda aterritati. Momentum est quod cruciat, aternum quod delectat et beat.

44. FOVA PROFUNDA OS ALIENE: CUI IRATUS EST DOMINUS, INCIDET IN EAM.—Hebrei, *fossa profunda os alienorum: cui succedit dominus, calvet illic*. Sie et apud Symmachum et Theodoreum, *os alienarum*, scilicet mulierum, puta adulterorum et meretricium. Septuaginta tamen *os alienarum*, scilicet rerum, accipiunt pro ore impul, quod aliena a lege et Deo eructat; unde verius, *fossa profunda os iniqui: qui autem odio habet a deo, incidet in eam*. Sic et R. Levi, qui sic explicat: Cum quis aliena pugnacium loquerit, quæ nimur veritati artisque fundamentis et principiis repugnant, id prouersim simile videtur profunde fovee, in quam qui decidat nullum habet admittendum, quo inde extat. « Cui iratus est. » El iratus est Deus ei qui in hanc foveam corrigit: nam subinde a recto tramite virtutumque culmine recedit, ita ut semper in permisso hoc instituto firmius obdurescat.

Verum alijs passim per *alieus accipiunt meretrices*. Unde Vatablus, *os scorti profundus est hiatus, in quem cadet cui dominus irascitur*. Per os, accipe oscula, nutus et eloqua, ceteraque meretricia oris et vultus blanditione, quibus meretrices quasi tynges viros ad se rapiunt et dementant. Sensus est, q. d. os meretricis, quod osculis et verbis cantibusque amatoris, instar sirenis juvenes et viros ad se allicit, est vorago profunda, juvenes virosque absorbens, instar Hecke, Vesuvii et Atene. Sic enim hi montes ignibus resuantes globos igneos ejacularunt, quibus omnium circumferentes inflammant et comburunt: sic os meretricis igne libidinis astuans amoris flammam faciesque ejacularunt, quibus omnes in sui concupiscentiam rapit et accedit. Rursum sicut Vesuvius proprius ad os ejus accedenter Plinii secundum, tempore Vespasiani Imperatoris, ut causas tantum incendiis investigaret, rapit et absorbit: sic os meretricis juvenes ad se accedentes rapit et devoret, ut sirenes devorant socios Ulyssis, quos canibus delusionis ad se illexerant et dementabant.

Fossa profunda per catachresin significat his

extium et perniciem extremam, puta pauperiem, morbos, infamiam, mortem, ac tandem barathrum gehennæ, in que incident qui ad meretricies accident. Hæc ergo fossa adeo profunda est, ut careat fundo, sitque intermina et æterna. Ita que meretricies est gurgis patrimoniorum, vorago bonorum omnium, abyssus gehennæ, juxta illud cap. VII, 27: « Vie inferi domus ejus, penetrantes interiora mortis. »

Porro sicut *Aliæ non semper ignes vomit*, sed prius eos intra se colligit et coacervat, ut statu tempore simul ingentes flammaram moles et quasi montes evibit: si os meretricis studio subinde premis ut amores, ut collectos majori impetu suo tempore in accedentes ejacularit, adeo ut in resistendo non sint. Os ergo meretricies est quasi os barathri, immo quasi vestibulum inferni, ut, si in os meretricies incidas, casurus sis in amores et tricas meretricias, ex quibus nunquam te extricabis, ac tandem in barathrum inferni, ex quo per omnem aeternitatem emergere non valebis. Ibi Beda: « Fœva profunda, inquit, os alienæ, etc.; qui enim verba vel oscula meretricis liberanter amplectitur, quasi januam jam gehennæ pulsat abssi, citoque mergitur, si pedem caurus non retrahit, si non membra reliqua a vicinia cohabet forae ponatis, in quam nullus omnino nisi filius illuc illebitur. »

CULIRATUS EST DOMINUS, INCIDET IN EAM.—Hebrei est *zum, que vox notat ingenitam iram, estum et furorem, q. d. Cui vehementer irascit Deus, sive qui est objectum indignationis divinae, et in quem ira feret, ac furorem suum vivit Deus, incidet in hanc meretricem*. Nam si Autorem suum superbiente contemnit, jure et a subiecta carne prælium suscipit. Unde et ille primus inobedient, mox ut superbiendo peccavil, pudenda contexit. Quia enim contumeliam spiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inventit. Et quia Auctori suo esse subditus noluit, jus carnis subditus, quam regebat, amisit: ut in seipso videlicet inobedientis sue confusio redundaret, et superatus disseret quid status amisisset. »

Tropologice, *fossa profunda* est os meretricis, id est os heresis et hereticus: hoc enim ab uno errore in album, ab uno scelere in aliud prolaborat, aliosque secum trahit, itaque implicat, ut se extricare nequeat, quia profundus semper cadat, donec in abyssum inferni corravit; ab heresi enim varus ad fidem orthodoxam est regressus: pauci enim errorem agnoscent, penitent et resipiscunt. « Cui iratus est dominus, incidet in eam, » quia heresis nunquam primum est peccatum, sed postea procedens punire majori subsequetur, ut docet Magister Sententiarum in II, dist. *XXXIV*, S. Augustinus, in *Psalm. LVII*; S. Gregorius, lib. *XXVI Moral.* cap. *XII*, et alii passim; quod Hebrei dicunt: *Transgressio trahit transgressionem*.

Porro peccata, ob que Deus permittit homines incidere in meretricios amores inextricabiles, præcipue sunt duo: *primum est heresis et infidelitas*, ob quam Deus permisit Philosophos in delitos, *secundum est peccatum in obnoxia*, ob propositas incidere libidines, ut docet Paulus,

Castitatis
castitatis
humilitatis

git reverti ab eis; avertere autem se oportet a via perversa et mala. Scholia huic et aliam congrua attingunt: « Sunt vias per quas non est amoulandam viro; impius autem vias mortis et perditionis diligit. »

Porro ingens est stoliditas hominum, qui in hanc fossam et malorum voraginem non tantum incident, sed et ultro se injiciunt et insilunt. *Empedocles*, in *Etiam insitum*; *Denis faber*, in *Etiam insitum*; et *Rhetorice* inventor, qui, ut deus immortalis habetur, in *Etiam insitum*; sed ferre eius crepide ex camino per flammam reje-*habeatur*, rem patiecerunt. Unde Horatius, *De Arte Poetica*:

Deus immortalis haberi
Dum caput Empedocles, ardentes servidus *Etiam insitum*.

Idem, lib. I, epist. 12:

Empedocles, an *Stertinum* daret acumen.

Empedocles delirium imitantur, qui ultro in mœtricis amores se precipiant.

15. *STULTITIA COLLIGATA EST IN CORDE PUERI, ET VIRGA DISCIPLINA FUGABIT EAM.* — *Vatalibus, et ferula castigatrix longe propellat eam ab illo;* Septuaginta *Vaticani*, *dementia penderit ex corde juveni*, *virga autem et disciplina longe est ab eo;* *Complu-*lenses et Regii, *stultitia suspensa est in corde juvenis*, etc.; *Syrus*, *stultitia avolari facit cor pueri, et virga disciplina longe est ab eo;* *nimirum pro iarchikone iarchikone in hiphil, id est elongabit vel fugabit eam*, *Septuaginta et Cyrus alias punet legem* *iarchikone, id est elongabunt se ab eo virga et disciplina;* *Auctor Catena Graec*, *legit, disciplina longe est ab eo, scilicet a stultitia pueri, q. d. Stultitia colligata est in corde pueri, quamvis ipsa manet incastrata: castigatione enim solvit et tollitur;* *et colligata est, id est adhaeret, annexa est, copulata est, perinde ac si fure alligata foret, Est catastrophes (1).*

Stultitia haec est puerilis levitas, petulantia, ruditus, incognititia, imprudenteria, inexperiencia, inconstantia, concupiscentia; haec enim colligata, immo innata sunt pueri: *puer enim est quasi animal brutum, quod non ratione, sed sensu agitur, omniaque que vide concupiscit.* *Puer et bestias*, inquit Aristoteles, VI *Ethic*, cap. xii, *naturales insunt habitus, sed sine intellectu et mente, noxiis esse apparent.* *Quare sicut asinus, equus, mulus, virga vel baculo acentur a suis cupiditatibus, et recta aguntur dirijuntur quo se sessor vel auriga voluerit: sic pariter puer auctor a stultis suis cupidinibus, et agitur in viam rectam, ut vivat secundum dictamen legis et recte rationis, per virgam discipline, qua castigatur a patre,*

(1) *Sensus est: Etiam animo pueri stultitia sit con-*
tinuosa, si intima pueri visceribus inheret satis-
cipi, tamen eam non expedit virga castigatio-

magistro vel predago: *pueri enim stulti et servi*, *qua ratione animumque habent debilem, hinc virgas timent magis quam enses et gladios: hinc stultitia proprie coercetur virgatione, ut patet in fatali.*

Tu ergo *colligata* significat *primo*, *fortem, nodosam et pertinacem harere in pueri stultitiam et concupiscentiam; sed ita ut non sit insolubilis et inemendabilis, quin vero per virgam discipline solvi tollique possit et debeat.*

Secundo, *naturam pueri ex se non esse stultam et pravam, sed sanam et bonam; stultitiam vero illi extrinsecus advenire, sicut ligamen extrinsecus advenit rei ligate, puta ex peccato Adae: per hoc enim omnes pueri trahunt stultitiam, id est concupiscentiam et peccatum origine.*

Tertio, *pueros a stultitia se non posse expedire, quia ei colligati sunt, ac ligamenta habent mentem per infantiam; quare stultitia haec virga pellenda est. Puer enim ut animalia rationem non capiunt, sed virgo flagra sentiunt, itaque stultitiam abdicant.*

Quarto, *« stultitia, » id est concupiscentia, hic q. anthropophaga inducet in persona, v. g. ut ludicus genius, vel demonculus colligatus puer, eumque obsidens, occupans et ad ludicas actiones extinxans, qui castigatione fugandus est.*

Quinto, *haec vox significatur concupiscentiam instar validi funis ligare pueri Adae per omnem vitam. Nam, ut ali Isaias, cap. v, 18: « Vix qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vineculos plausi peccatum! » Et Solomon, Proverb. v, 22: « Iniquitates suis capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringuntur. » Vide utrobius dicta.*

Lugo censem stultitiam colligatam pueri, sicut grana vel palea colligantur in sacco; aut pueri sicut palea colligantur grano, que virga excutientur et evanescantur, itaque granum manet purum et integrum. Cajetanus vero censem metaphoram peti ab ebrietate, que ligat mentem ebrii, sed executur et discutitur verberibus et plagiis. Puer enim, instar ebrii, sive cupiditate veluti ebrietate ligatum habet mentem et rationem; sed virga disciplina eam discutit, ut meas sit libera, et ratio evigilet. Alii gentes troyum peti ab equis et asinis, qui sunt aliquantus precessio et pabulum; sic enim pueri sive stultitiae et concupiscentiae aliquantur sicut ludicris et eupediis.

Porro Septuaginta qui verunt, *stultitia suspensa est ex corde pueri*, *videtur alludere ad bullas, quas veteres ex collo puerorum nobilium supra cor appendebant, quasi dicant: Stultitia instar bullae, adhuc cordi pueri nobilis vel liberini*, quem scilicet parentes non castigant, sed simunt agere quod lubet. Unde subdunt, *virga autem et disciplina longe est ab eo, q. d. Causa stultitiae pueri liberini est absentia virga, quod scilicet parentes nimis ei indulgentes virgo parcent, itaque simant eam in stultitia manere, in dieisque magis stul-*

tesere, ac suis affectionibus puerilibus libere incubare.

Simili modo stultitia, id est concupiscentia, colligata est in corde cuiuslibet hominis, qui puer, id est, filius est Adae, ideoque plenus ignorancia et concupiscentia: quare haec illi adiuncta est per virgam, tum abnegationis et mortificationis proprie, tum castigationis et directionis alienae, quam scilicet ei praestat Superior, vel socius et amicus. Concupiscentia enim similis est pueri, et ex viris facit pueros ob analogias, quas ex Thoma recensui *Ecclesi. xxx. 8.*

Porro, *Syrus* verit, *stultitia avolare facit cor pueri.* Volatrica enim est mens pueri, et nunc haec, nunc illuc avolat, dum nunc concupiscentia, nunc istud; dum inquieta nusquam sistit, sed nunc hoc cogitat et vult, nunc istud; dum nunc fertur, nunc alio et alio, instar avicula que nunc haec, nunc illuc avolat: sic enim pulli avium, dum et nido avolant, nusquam quiescent, sed ex uno rame in alium et alium assidue devolant; dum enim volare, et volantur. Similiter volunt mens et phantasia pueri, donec virga discipline cohabeatur et frenetur, libroque et scholæ simili rei alligetur et astrigatur.

Denuo notandum, aut Jansenius, quod dicat *virga disciplina*, significans moderatam castigationem pueri adhibendam, non virgam ira et sevitas, hoc est, castigandos eos non tam ad puniendum, quan ad emendandum. Virga ira impis debetur, qui scientes peccant; *virga disciplina* pueris, qui ex ignorancia peccant et insecta. Haec virga non fugat stultitiam ab impis, cum in profundum peccatorum venerint: fugat a pueris qui timore peccata ab virtutis sunt formandi. Quantum enim hominum cura valeat ad corrupte naturam mutationem et correctionem ostendit D. Basilius, homil. 5 *Hexam*, ex cura agricolaram, quia fructus feri et silvestres emolluntur, et ad utilitatem humanae transmutantur.

Salomonem ab more secutus Siracides, Eccl. xxx, 1: « Qui diligat filium suum, inquit, assiduat illi flagella, ut latetur in novissimo. » Et vers. 8: « Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet præcepit. Lacta filium, et paventem te faciet. » etc. Vide ibi dicta.

Salomon et Siracides astupulantur ceteri sapientes. Antonius et *Melissa*, part. II, cap. xx, citat S. Basilum dicentem: « Juventulus naturale vitium est, ut propter levitatem consilli ea se habere jam arbitrentur, que spe conciperunt, ideoque inflatur: quia præ stultitia speratis se frui putant quasi presentibus. Juventus est levis, et ad improbitatem proclivis: cupiditas effrenata, bellum ira, temeritas, injurya, superbia, inflationes, magnique spiritus congenita et coalita male juveniis sunt: invicti adversus rem excellentem, suspiciones de familiaribus, dumque malorum omnium examen juveniū conniūcum et copulatum est. Mobilissima est juvenus; diversi enim

Pueri
discant
museum
at nocte
compo-
nunt.

perturbationum fluctibus agitur. Eget ergo duotem, qui ad portum recta deducat; » et S. Nazianzenum dicentem: « *Juventus est usus temporis;* » et S. Chrysostomum: « *Ira et cupiditatis facilius juvenes ducuntur et vineuntur; quare majorem custodiam requirunt et frenum durius;* » et Philomen: « *Juventus summum potestatem adeptus cupiditatis utens effrenatis, malum est inexpugnabile.* » Apud Spartanos si puer a magistro, vel ab alio per dilectionem castigatus querelam ad patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito per filium filium castigasset. Similiter ex instituto majorum hanc habebant filiorum curam, eaque ac hanc dea mutuo fiduciam, ut eroderent neminem esse qui cuiusquam liberis, quos quisque pro suis habeat, quidquam imperaret in honestum. Ita Plutarchus in *Apophth. Lacon.* Vide Aristotelem, lib. VIII *Politic.* cap. i et seq., praesertim cap. v, ubi docet pueros docendos esse musicam, ut per eam quasi disciplinam mores suos harmonice componant: « Cum vero contigerit, inquit, musicam esse delectabilium, virtutem autem esse circa letandum recte, et amare et odisse, oportet perfecte addiscere et assueferi ad nullam rem adeo, ut ad judicandum recte, et ad gaudendum mansueti moribus et laudabilibus operibus. » Quod efficit harmonia musica, quae a terrena voluntatibus ad rapit aures mentemque pueri, canique modulando quasi contemporat et componit, sicut David citharam pulsando et modulando contemporabat et sedebat perturbatione Saulis, I *Reg. XVI.* 23.

16. *QUI CALUMNIATUR PAUPEREM, UT AUGEAT DIVITIAS SUAS, DABIT IPSI DITORI ET EGERT.* — *Calumniatur, » id est per calumnias expiat, spoliat, defraudat; hebreum enim παρεῖσθαι significat calumniari, opprime, defraudare bona aliena per sophisticas artes et lites occupare.* Quod Graeci dicunt παρεῖσθαι, sive id fiat mercede promissam negando, sive rem alterius injuste detinendo, vel invadendo, sive quomodolibet decipiendo, et jure suo spoliando, vel re debita privando. Qui quidquam horum facit, dicitur *Sycophanta*: de cojus vocis vi et etymo pluram dicam cap. XVIII, vers. 46. Unde Pagninus verit, *qui ei auctor a pauperem ut augeat sua;* *Vatalibus, qui per injuriam et violentiam opprimit pauperem, ut detestat ipse.* Hebreus ergo ad verbum sic habent, qui defraudent pauperem ad multiplicandum, dant diviti certe ad defectum; quae verba generalia, illigata et illitterata varie neclit, ligari, limitari, et ad varios sensus particulares trahi possunt. Unde

Primo, Chaldeus verit, *qui calumniatur pauperem, multiplicabit sibi malum;* et qui dat diviti, egreditur erit et, ut sententia sit binimbris duoque significet: primo, cum qui expiat pauperem, accumulare sibi malam, id est dannos rerum et fortuniarum suarum; secundo, cum qui sua dat diviti sp retributions, ad cogitationem redigendum, um divices superbi avari et ingrati sepe omnia res-